

A Multitudini venia data. Domus direpta. Rotmannus in confertam hostium turbam incurrens confoditur. Rex cum Cnip-perdolo & Crechingo captus. Cum essent adducti Tegenum, rex ab Episcopo rogatus, qua freus auctoritate, tantum sibi licentiam arrogasset in suam civitatem atque populum? rogat invicem, quis ipsi jus & imperium in eam civitate dedisset? Cumque responderet Episcopus, de collegii populi voluntate sibi ditionem hanc obvenisse: tunc ille, & de divinitus eo vocatum esse dixit. xii. deinde calendas Februarii an. 1536. Mauerium redeuntur, singulis attribuit custodia separatum: & omnia aguntur, ut ab errore deducerentur. Rex agnovit peccatum, ac precibus ad Christum confugit: reliqui duo nec ullum facebantur delictum, & obstatine sua defendebant. Posttridie rex in locum editiorum perductus, ut alligaretur palo: aderant bini carnifices ac forcipes igniti. Ad tres primos morsus conticit, deinde misericordiam Dei continenter implorans, cum horam & amplius ad hunc modum laceratus esset, transfacto demum per pectus mucrone, decessit. Idem supplicium & socios ejus percussit. Exincti, & cævis ferreis alligati singuli, ad summam turrem urbis expositi pensiles, rex medius, & quanta est hominis statura, sublimis. *Surius in Comment. rerum orbegest.*

Joannes Calvinus, dictus postea Calvinus, filius Gerardi Cayvini, hominis infamis & flagitiosi, ac in Deum blasphemus, natus Novioduni in Picardia, quem patria sua proscriptum ab seclera scribit *Anton. Demochares de missa sacrificio, cap. 2.* Fuitque, ait *Vacquet. lib. de temptationibus*, Calvinus habitus dissolutissimus & inconstantissimus inter omnes dissolutos sæve urbis. Ingenii fastu tumidus, Basileæ primùm delitecens, mox Argentorati exulans, profagorum factus est concionator: post arrepta Ecclesiæ Genevensis, pullo Vicecomite & Episcopo, gubernatione, totam illam Provinciam suis blasphemis everit, & perdidit. Quo pacto autem Novioduni scapulas & tergum virgæ & cauterio, ob probatæ Sodomici crimem, præbuisset, supra diximus, & luce clarius est. Ergo ab hoc Patriarcha Calvinistæ derivati, magistris & institutoris sui mores & studia, ad evitendas Respublicas, omnesque Principes pellendos, diligenter imitantur. Errores illius plures sunt; & quidem veteribus Hæreticis communes. Sacramenta duo agnoscit, Baptisimum, qui tamen parvulis non est necessarius, ut asserit: & cenam, in qua Christum metonymicè agnoscit præsentem, dissentiens à Farello, Oecolampadio & Zwinglio, ac ipso etiam Luthe-ro. De Trinitate, Christo, operum merito, præceptis, vel non sentit ut oportet, vel nefandos errores fabricat: quos videre est apud eos, qui ex professo eos refutant. Inter alios blasphemias docuit, Deum omnium seclerum auctorem primarium: Imò magis quàm Demonem, vel hominem: 2. Christum in cruce desperasse, & inferorum penas sustinuisse. Sæta illius omnium est portentosissima, falsa, crudelis, mendax, temeraria. Tollit omnem Ecclesiæ auctoritatem: Patrum scripta ad examen proprii cujusque spiritus, velut ad incudem revocat: vitæ licentiam docet, & seclerum impanitatem. Deum verò voluntate sua quosdam homines ad æternam damnationem ab æterno destinasse, quem tamen *Paulus* asserit velle, ut omnes homines salviant, & ad agnitionem veritatis deveniant. Omitto alia. Collegit enim omnes illius errores *Franciscus Horavus Hispanus*, & plures alii.

D Narratur de eo, quo pacto commentitiam suam fidem miraculo conformare aggressus, hominem stipendiolo conductum, vivum in templum illatum, & se mortuum simulatum, verè mortuum reliquerit; eaque de causa sepius hominibus accusatum, ut quod Servetus, collega olim Calvinus, postmodum illo agente Genævæ combustus, ex publicis actis probare se velle asseruit. Obiit morbo pediculari, quo etiam Herodem extinctum perhibent sacre Literæ. Nonnemo hunc versum tumulo illius adscripsit, quem etiam *Franc. Stoberius* suis delictis adseruit:

*Sic Calvine quiescas, atque levis tibi terra
Sit, tua quo possint ertere ossa canes.*

Scriptis ejus vitam *Hieron. Borselius Medicus*, & familiaris olim ipsi Calvinus, *Lindanus Dialog. 2. Dubitantii, Leonard. Lessus disput. de Antichristo*. Verùm quod omni Hæresi proprium, etiam Calvinus variè dissectus fuit, & etiam hodie secatur. Adjiciemus ad calcem tabulas hæresium nostræ temporis, quantumque eæ incrementum ac decrementum diffinitione quotidiana acceperint, & in dies accipiant, breviter decedimus.

Anno 1538. sæta prodiit eorum, qui dicuntur Antinomi. E Hi penitentiam ex Decalogo non esse docendam dicunt, & illos impugnant, qui docent, non esse prædicandum Evangelium, nisi primùm qualis animis atque fractis per explicationem Legis: ipsi verò stantur, quæcumque tandem sit hominis vita, & quantumvis impura, justificari tamen eum, si modo promissionibus Evangelii credat. In his fuit faciliè primus Joannes Islebnius Angolanus.

Anno Sal. 1559. Davidis Georgii sæta deprehensa est Basileæ. Hic David Delphis in Hollandiam venit, ut ei alii volum, Gandavi, illud potissimum habuit, ut divinarum literarum libros tolleret, & Christum Jesum aboleret. Nam se terram Davidem esse asserbat: in cujus animam Dei Patris & Filii & Spiritus sancti divinitas omnis confederat. Itaque omnes reliquos, atque ad Christum ipsum, nihil nisi meram literam & carnem extitisse: se vero cum esse, qui Spiritum ipsum dignis affaret, & coelestique efficaciter: Sibi uni orbis terrarum imperium à Deo traditum esse, ut ad se venientes bearet, reliquos omnes perderet. Sætam in Germania inferiore magnam habuit. Cum ipse dicit Basileæ latuisse, effectum jam mortuum, cum scriptis omnibus quæ repera sunt, publico judicio è sepulcro post triennium erutus & exustus est. Qui cum eo erant, liberis & propinquis, quod respuerunt, venia data. *Cal. Sec. Curio in Sab. Supplem. lib. 29. Surius supra.*

Michael Servetus Hispanus varios edidit libellos, inter alia, de Trinitate, prorsus alieno à sententia totius Ecclesiæ. Is cum anno 1553. Geneva venisset, comprehensus est à Joanne Calvinus collega quondam sui. Cum autem non modo de sententia non decederet, sed conviciis & maledictis etiam sua propugnaret, igni adjudicatus est. Ut ad locum supplicii venit, Christum, æternum Dei filium invocare noluit, nec ullum penitentia signum dedit. *Idem supra. Pons Hæreticorum.*

Martinus Steinbach, vector vinaris five doliaris, Seleccionstadiensis, Spiritum sanctum se esse dicitavit incarnatum, uti Christum filium incarnatus: hæreses suæ fundamentum hoc, *Hieremie cap. 48.* statuens: Fertillis, ait propheta, fuit Moab ab adolescentia sua, & requievit in facibus suis, nec est transfusus de vase in vas, & in transmigrationem non abiit. Et paulo post: Propterea dies venient, dicit Dominus, & mitiam ei ordinatoris & fratros legumcularum, & iterent eum, & vasa ejus exhaurient, & lagunculas collident. Isto Scripturæ vaticinio de Moabitibus, ipse ad suam insaniam confirmandum utebatur. Cumque sibi asseclæ facisset circiter 20. ex plebe, oblit, iidemque se post mortem apparitum splendore luminis affirmavit. Perstititque illi in rustica hæresi non diu, etenim Anno 1566. coram magistratu accusatus, quidam recantantur: alii, qui obvietores erant, relegati sunt. Orationem Dominicam corrigebat. Neque enim Patrem in cælis esse, sed extra cælum, quoad Martinus in die judicii cælum aperiret. Neque panem quotidianum hodie esse petendum: sed panem simpliciter, nulla temporis conditione. Neque orandum, Remitte, ut & nos remittimus: sed, Remitte, & gratiam concede remittendi. Sultam præterea, & inefficacem asserbat orationem, in qua interjectum, O, uteremur. Non fecus enim hæc exclamandi formula divinam impedit, quam auriga Germani equorum impetum, adverbio *Ho. Bernardus Lucius*.

CONTINUATIO SECVLI DECIMI-SEXTI.

Quamvis Angliæ regnum, Patrum memoria, ex quo primos Apostolos ad fundamenta fidei jacienda, seu potius perficienda, ut alii probabilis sentent, submisit, sanctitatis opinione & religionis integritate nulli Provincie fuerit inferior, jam tamen à tempore Henrici VIII. sensim veritatis lumen ibi extinxit Hæreticæ & Calvinianæ imposturae caligo. Verùm duplicis generis Calvinistæ inter eos deprehenduntur. Quorum hi Puritanos, alii Protestantes se vocant. Quod etiam nomen Germani usurparunt, & generalius est.

Protestantes enim dicti sunt, vel quia in conventu Vvormatiensi celebrato anno 1521. adversus Constituentis Concilii & Patrum decreta, Martinus Lutherus protestatus fuit, le nihil eorum, quo scripserat, revocaturum, nisi evidenti scripturæ testimonio convinceretur: Sive quia in fœdere illo Smalcaldico contra Concilium Tridentinum, tantquam non liberam Synodum, protestati sunt Lutheri sectatores: Sive quod contra decretum Cameræ Imperialis habitum Spiræ anno 1529. quo cautum erat, ut nihil in Religione mutaretur: utque ad Concilium, tantquam libertati eorum

A eorum contrarium protestabantur, sive aliam ob causam nomen hoc sibi addiderunt.

Puritanos posterioribus anni exorti in Angliâ, bellum assiduum inferunt Anglo-Calvinistis, & ab eorum communione se segregant: docent aperè & propalant, Nullos Patres, nulla Concilia audienda, nullam antiquitatem aut Ecclesiæ vocem expectandam: fuisse semper in Ecclesiâ errores, idèque soli & puro Dei verbo insistentium. Unde nec caput agnoscunt, aut judicem in Ecclesiâ, præter istud. Et hæc doctrinam omnes, ut vocant, Reformatas Ecclesiâ tenere affirmant, atque ex Calvinus & Melancthonis scriptis eam hauriunt. Quod licet verum sit, alii tamen non ita publicè eam sententiam tenent; sed quoties de Ecclesiâ veteri loquuntur, quamvis erroribus referant agnoscant, nihilominus pro Christi Ecclesiâ habent, quantumdum fundamentum rectæ Religionis tenebant, quamvis errorum stipulas superexerxerint. Ita ex Melancthon. *Tom. Stapletonis lib. 3. de Principiis dicit, contr. l. 1. c. 4.*

Theodorus Beza Burgundus, ob illicitos, fœdoque concubitus, variisque spurciis, suppliciorum metu è Gallia profugus, cum ampla beneficia Parisiis possideret, Geneva venit, Calvino adhaesit, ejusque dogmata amplexus. Quamvis in persequendo ab illo dissentiat, & in suo sensu abundet, aut deliriet. Recenset erratissimos ipsius errores. *Præterea supra.* Qui verò vitam illius accuratè voluerit cognoscere, legat Lindanum etiam supra, & Heshofium, qui cum Epicureum vocat, & blasphemum curram. Vixit utique ad nostra tempora, plenus dierum malorum.

Mennis Simonis Frisius, Virmarsumensis pastor, Anabaptistarum Dux effectus, omnes fidei cognominis reddidit, & Frisiam, Hollandiam & Comitatum Emdamum, postquam tumulatum gravissimum commiserat, demeravit. Hic Christi corpus ex purissimis sanguinibus B. Virginis conceptum negabat, sed ex substantia Patris natum. Venditabat se judicaturam in die universalis iudicii omnes, etiam iustos. Baptisimum infantibus non esse conferendum suadet, multaque insanientis cerebri deliria adicit. Ejus verò sectatores in tota abente Capita Religionis à se invicem dissidentia, ut conjectore opus sit ad numerum definiendum. *Hesius supra, Præterea.*

* *Sæculi Decimi-septimi, nempe An. M. DC. I.*

C Hoc infelicis sæculo inchoato, nova monstra è Calvinistarum paludibus Batavici, ex nova quedam tanæ Egyptiæ surxerunt. Siquidem quidam Jacobus Arminius, & Franc. Gummarus, in Leideni Schola Professores, sub annum M. D. XCV. vel circiter, cœpere inter se diffidere in materia de bonorum operum dignitate, gratiæ divina, & prædestinatione: variaque argumentorum pugnas produdere, donec tandem defuncto Arminio, illius discipuli ejus doctrinam palam asserere, & tanquam certiores (convenit enim in plerisque cum doctrina Catholicorum) defendere: Aliam, quæ Deum peccati & reprobationis hominum auctorem facit, & sola sua voluntate, ab æterno hos ad gloriam, illos ad damnationem prædestinasse, & creare voluisse, absque ulla omnino meritorum prævisione, aut nostra cooperatione affirmat, impietatis arguere constanter cœperunt, pertractis in suas partes doctoribus, ministris, ordinumque optimatibus. Eò autem res hæc devenit, ut anno 1617. in fe mutis insurgerent, calumniis primùm, mox scriptis, deinde armis, bonorum proscriptioe, aliisque penis illi qui Gummaro adhaerebant, reliquos exagierant, & compefcerunt; de quo legatur historia nostrorum temporum.

D Quin, eò utque flamma hæc dissensionis jam erupit, ut Pro-

Lutherani alii sunt	Illyricani Majorani Antinomi Ostrandini Musculari Teneses Iustificatorii Psephieri Pastillarii	Semilutherani sunt	Intermixta Ubiquitari Lutherozwingliani Adiaphoristæ Belliani Heshuzii Melancthonici Pneumatici Lutheropapistæ Frontones	Sacramentarii Zwingliani Oecolampadiani Martini Buceristæ Calvinistæ Bezantia Servetiani &c. eisque recenset Lindanus n. 56.
---------------------	--	--------------------	---	---

Staphylus in lib. de Lutheranorum concordia, eos dividit in Anabaptistas, quos in XIII. Sæctas distinctas partitur. Eorumque patrem facit Bernardum Rothmannum anno Domini 1524.

Sacramentarii, quorum multa sunt factiones: eorum pater est Carolustadius, cumque secuti Calvinus & Zwinglius numerantur autem mox eorumdem Sæctæ communes quibus Melancthon addit sex alias, in judicio impresso an. 1560. *Heidelbergæ*, & ad Electorem Rheni Principem misso.

L. B. Theatr. vite & Hæman. Tom. II.

vinciarum ex rebellione primùm fœderatarum regimèni intumescendum, itaque Reipublicæ ea occasione laborandus videretur. Quippe qui in ea summam rerum tenent, Mauritius Orangiæ Princeps, & Henricus Nassovius fratres, Guiljelmus Orangiæ Principis filii, hi etiam diffidebant, dum ille Gummaritarum, hic Arminianorum (quo nomine utraque factio appellabatur) caput & princeps haberetur. Fovebat quoque Arminianorum partes Joannes ab Oldenbernevet, cujus unius consilio Res Batavici annis XXX. & pluribus steterat: sed illum hostem tam potentem non sustinens Mauritius Orangiæ Princeps, astu apud Ordines intervenit, ut cum intercepit, tandemque velut criminis læsæ majestatis & perditionis reum extremo supplicio afficeret. Eo extincto, res Arminianorum collabi cepit. Celebrata est etiam ad extremum occasione horum dogmatum Synodus, quam vocabant Nationalem, auctoritate ordinum, in civitate Verdramum, ad quam vocati Arminianæ sententiæ sectatores. Verùm cum liberè fiant doctrinam proponere non possent, & ab aliis ut potentioribus repellerentur, sua sponte discesserunt. *Vide ea Tit. de Conciliis.* Eorumque sententiæ & doctrina à magnis illius Conciliabuli ministris condemnata fuit, prius quam proposita aut excussa. De qua re videat Lector Acta & Rescripta Synodalia, ab Arminianæ Scholæ ministris examinata, & in lucem emissa, ubi pro causæ suæ innocentia, multa præstantur.

Sub idem tempus quidam Marcus Antonius de Dominis, ex Religioso Societ. Jesu, Archiepiscopus Spalatinus in Dalmatia, sub Venetorum ditione, Hæreticorum veterum, quos jam dudum prostravit veritatis Christianæ mucro, vestigia secutus, velut membrum putridum fidei hæc Ecclesiæ corpore avulsit, & clam ab Italia profugus, cum frustra sæpe ad Cardinalatum adspirasset, in Angliam devenit, ubi fidei clientela Anglicani Pontificis novus Episcopus sedit, & consilium profectionis suæ, ita Apostasiam indignat, scripto desuper libello (quem statim ac prodiit, censuit, & examinandum proposuit Laurentius Beyerlinck Archiepiscopus Antverpiensis, cumque mox inscuti in eodem argumento alii nonnulli) evalgavit; atque in eo decem libros de Republica Christiana, in quibus S. Petri prerogative, & primatus, ac Mouarchicum Ecclesiæ regimen excutitur, quorum priores quatuor luce donavit an. 1618. alios promittit. E quibus constat, cum ab omnibus in hoc argumento dissentire, novumque doctrinæ symbolum, partim ex aliorum scriptis, partim ex cerebro suo confaricare velle.

Aude aliqui, brevisus gyris, & carcere dignum, Si velis esse aliquis.

In Angliâ lautè comiterque exceptus, quia novus Catholicorum hostis, novum solum, Anno 1621. adhibuit luculentam emendicata pensione sustentatur: neque hæctenus ullos novitiæ suæ doctrinæ sequaces invenit. *Idem supra, Hæretici conversi.*

NOSTRI SÆCVLI SECTARUM EX LUTHERI STRIPÆ ENATARUM Catalogus, & Series.

Genealogia Martini Lutheri magis est fœcunda, quàm una & in mille, ut sic dicam, sæctas paritæ, nominis appellatione principis, & doctrinis, & diversis, & ab invicem discordes. Dividunt eam in Lutheranos, Semilutheranos, Antilutheranos.

Confessionistas, quorum Princeps Melancthon anno 1530. Sed horum contrariæ sunt classis.

Quidam enim vocantur Rígidi, & Stoici Lutherani, qui omnia à Lutheo scripta mordicè defendunt tanquam facta sancta: & dividuntur in XIV. Sæctas nomine diversas. Alii vocantur Molles, suntque in Schola Vittembergenfi, reliquis

Areliquis minus seditiosi, & cordatores videntur. Nam ex libro Interim aliquando in Germania publicato, paululum appropinquant Catholicis, quasi ex Manichæis facti Pelagianis. Suntque horum sectæ numero decem.

Sunt & alii Confectionistæ Extravagantes, qui quamvis doctrinam Augustinæ Confectionis oppugnent, tamen sub illius prætextu Lutheranos se venditant, ne offendant Principes, qui illi Confectionis nomen dederunt. Suntque sepius diffecti, & recententur omnes apud eundem Lindannum, & Pratsolum.

EPITHETA.

Omnes autem hæc Sectæ nostra ætate his nomenclaturis vulgariter appellantur.

Reformati. Hoc nomen omnes sibi assumunt, & præterdunt, quantumcunque moribus, doctrina deformes, & difformes: nisi ita vocari appetant, quod formam Ecclesiæ perturbent, & destructa veteri à Christo per Apostolos instituta, novam privato spiritali inducant: veluti

Humano capiti cervicem pictor equinam Iungere solent, &c.

Hugonotæ ab Hugone Ludimagistro Parisiensi, qui Calvini doctrinam per Galliam propagavit, & nomine Magistris sui extirpato, suum celebre reddidit. Vide de illis Claudium de Sainctes Parisiensem Theologum, in libro quem nuper an. 1763. edidit Gallicè. De direptione Ecclesiar. ab Hæreticis.

Euangelici. Omnes enim ex Evangelio suum errorem stabiunt, qui novum se Evangelium mundo intulisse gloriantur, hoc nomen sibi vendicant. Sed quàm rectè, norunt qui sciunt, quantum doctrina & vita illorum dissentiat ab illa, quam Christus Evangelis expressit. Legatur de illis Erasmi ad Fratres Inferior. Germaniæ.

Sacramentarii dicuntur, quod primi infelici hoc seculo excitavit tumultum circa maximum Eucharistiæ Sacramentum. Quamvis in sententia sua non conveniant, uti clarum est.

Sectarii: Novatores: nomina communia sunt omnibus, qui novis ab Ecclesiæ opinionibus in rebus fidei adhaerent, easque pertinet asserunt. Ita etiam dicuntur falsi Prophetæ, Pseudopostoli, & Cæcili, &c. Ac à Inda Apostolo in Epistola, aliis titulis & epithetis exprimentur.

STEMMA ET SOBOLES MARTINI LUTHERI.

Ex Lucubrationibus Jac. Gretzeri, lib. de Lubello Quintenangelico.

Philosophorum axioma est, dato uno absurdo, accedere cetera. Quod in hæresi, quam Martinus Lutherus è cerebro suo cepit ovo exclusit, obtinere luculenter demonstrabitur, si secundissimi illius patris haud degenerem sobolem unico velut schemate oculis subjecerimus. Nihil enim magis secundum naturam, dixit Aristoteles, quàm ab unoquoque sibi sibi simile: Foris creantur fortibus, & boni bonis, ait Lyricus: & juxta Euripidem:

Non sit probanda proles patre ex improbo.

Itaque Martinus Lutherus Germanorum Pseudopostolus prius nuptiarum expertus, dedicato mox Veneti cucullo Monachali, ruptisque votorum Monasticorum repagulis, è cerebro suo cepit Pallas quædam primùm, tum ex Catharina Borna Virgine prius Sanctimoniali enixus est quatuor Pseudopostolos & Cæcægelicos Prophetas, qui scilicet in generationibus genus suæ gloriæ adepti sunt: & qui de illis nati sunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum: Et sunt, quorum non est memoria: perierunt quasi qui non fuerint. Sunt autem Thomas Muntzerus, seditionis Rusticorum progenitor, Bernardus Rothmannus, pater Anabaptistarum, Andreas Carolostadius Zwinglianorum paradosus, Philippus Melancthon Confectionistarum sator, qui velut Benjamin aliquis postrema sæcætae generis florere cœpit anno 1530.

STEMMATIS I.

DELINEATIO ET GENEALOGIA.

Thomas Muntzerus infelicibus auspiciis genuit sui erroris infinitos prope Rusticos per totam Germaniam, Principibus suis rebelles, & armis liberatam suam adherentes. Cum enim legisset in libris Lutheri, quos de Captivitate Babylonica & adversus duo Cæsaris mandata scripsit, nullam subesse spem re-

medi, nisi omnibus humanis legibus extinctis, populus regeret, & Deum rogandum, ne subditi suis obediant Magistratibus: concitata formidabili seditione per totam Germaniam, subditos contra Principes, arma ciendo, commovit. Quare rebellio ut sedaretur, & consopiretur, commissis parim per Germaniam præliis, ultriq; gladio perierunt pluraquam centum millia rusticorum, & sic semen Muntzeri ferro, igne, gladio, laqueo, interneptione penitus extinctum, atque sepultum.

STEMMA. II.

MARTINI LUTHERI, EJUSQUE GENEALOGIA.

Secundogenitus Lutheri Bernardus Rothmannus, genuit Anabaptistas; qui cum ex epistola quadam Lutheri legisset, præstare & longè melius esse Baptisimum in parvulis omitti, quàm eos baptizari abique fide illorum, res novas de baptizandis parvulis est molitus. Hinc varis sunt exorta Anabaptistarum sectæ, quarum singularia plura, atque ab aliis diversæ & absurdissima paradoxa spargebant. Nepotuli porrò Lutheri ex Anabaptistis, hi erant præcipui, & veluti tribum capita in Fstirpes dividenda.

I. Adamitæ, qui Adami innocentiam sese imitari dicebant, in sylvis vagantes, prorsus nudi, velut Adam & Eva: de his Staphylus. Vide Ollarem Casem Augustinæ Confectionis.

II. Stebleri, docentes, Scripturam vetare, ut quis gladium aut peram portet; non licere item Christianis accusare quempiam in judicio: vim vi repellere, non esse Christianum, sed percipienti unam maxillam, alteram quoque obvertendam esse. Quæ omnia docuit Lutherus in Articulis, à Parisiensibus & Sorbona Theologis, legitime damnatis.

III. Sabbatharii, qui Sabbathum more Judæorum colunt, diem Dominicam apernunt; solum Patrem in Divinis invocant, Filium & Spiritum sanctum negligunt. Lutherus in libro contra Sabbatharios.

IV. Clancularii, qui existimant, si interrogentur, an sint Anabaptistæ, licere se esse negare; qui potius sufficere, si quis clam sciat, quid credat, tamen ore id neget, cum externa confessio nullo modo necessaria sit ad æternam salutem. Nulla insuper templa frequentant, domi se suosque docent, in hortis perieruntque conveniunt.

V. Manifestarii: qui, an sint Anabaptistæ, interrogati, summum scelus existimant id negare; cum credant salutem suam ex hac Anabaptismi confessione pendere; quales olim innumerales in Prussia inveniebantur.

VI. Demoniaci; qui credunt, etiam Dæmones, ut olim Origenistæ, post hujus mundi finem salvandos, multos ejusmodi Belgium & Vvestphalia quondam alebant.

VII. Condormientes; qui jubent, præ nimio novi Evangelii amore, debere viros & feminas uno in loco, & concavi vivere, & in uno eodemque cubiculo dormire: sic quondam in Burgundia, & deinceps in Bohemia Grubenheimeri faciebant, qui extinctis luminariis, horrebantur omnes promiscuè: Crescite & multiplicamini. De his Staphylus.

VIII. Communia habentes; qui uxores, & liberos, & omnia sibi in Republica communia esse debere arbitrabantur, sicut inter Ethnicos, Plato in sua Republica instituebat. Et olim in Ecclesiæ primordiis Nicolaitæ docebant; quia etiam non ita ante multos anno Monasterienfes Evangelicis Prophetæ prædicabant. Unde si quis in sæmine aut virginis amore libidinis flammam conceperit, eam alloquebatur: Concipit spiritus meus carnem tuam, veni itaque faciamus, mirabilia. Sleidanus de bello Monasteriensis & Surium in Commentario.

IX. Ejulantes; qui inter alios errores putabant, nihil esse uspiam devotionalis, quod Deo gratius atque acceptius fiat, quàm flere semper & ejulare. Tales Frisia & Vvestphalia complures dabant.

X. Georgiani Davidici similiter Anno 1525. è Lutheri Evangelio, in Frisia exortii; qui negabant, ullum Diabolum esse; nec ullam carnis resurrectionem admittebant. Hujus sectæ auctor, & secundum Davidem, sicut Lutherus esse tertium Eliam, & secundum Enoch, semetipsum appellabat. O parnobile vatum!

XI. Polygamistæ; qui docebant, licere uni viro plures eodem tempore uxores habere, licere itidem fratri viventi uxorem ducere: quæ Paradoxa hauserant ex illo axiomate Lutheri: Si non vult uxor, veniat ancilla. Sic Joannes Leydenfis,

Adentis, Rex Monasteriensis. Lege Sleidanum & Surium. Et hæc sunt germina Anabaptistarum, Lutheri Nepotes, & Pronepotes longe charissimæ.

STEMMATIS III.

GENEALOGIA.

Tertiogenitus Lutheri filius Andreas Carolostadius; fuit pater omnium Sacramentariorum, & genuit filios & filias sine numero.

I. Et primò quidem; Adalricum Zwinglium Tiguri in Helvetia, qui antiquam Berengarii Hæresin, jam olim conscriptam, velut è cineribus exufflaret, suppeditante Carolostadio, è dictis Lutheri, in Assertionibus contra Leonem X. & in Formula missæ: Neutra species est necessaria ad salutem. Item in Revolutionibus, sola fides sacramenti justificat, non Sacramentum, hausit hoc Paradoxum: Sacramenta sunt nuda signa. Vide Melancthonem in epistola ad Romanos.

II. Genuit Significativos, affirmantes, non esse verum corpus Christi in cœna, sed tantum corporis signum. Ita Zwinglius, in variis de cœna Domini libris.

III. Genuit Tropistas; qui ajunt, figuram corporis Christi esse in cœna Domini, non verum corpus. Sic in variis libellis Ocolampadius.

IV. Genuit Energicos, docentes, non ipsum corpus, sed tantum virtutem corporis esse in cœna Domini. Ita Calvinus, in diversis libris, & imprimis contra Joachimum Vvestphalum, in admonitione ultima; & ipse quoque Philippus Melancthon, ut idem Calvinus testatur.

V. Genuit Arrhabonarios, qui volunt, cœnam Domini, cum præbetur, dari tamquam arrhabonem corporis, & quasi investituram donati præditi, aut domus alicujus. Ita Franciscus Stancarus in Polonia, & Transylvania.

VI. Genuit Adeslerianos, quorum quatuor sectæ. Alii namque contendunt, Corpus Domini esse in pane: alii circa panem: alii cum pane: alii huius pane. Vide Assertiones Vvesthelmi Kleitii Brandeburgensis, contra Disputationem Heidelbergæ habitam, anno 1560.

VII. Genuit Metamorphistas, asseverantes, Christi corpus, postquam ascendit in caelum, planè Deum esse factum, omninoque propriè dici debere: Corpus Christi est Deus. Cum ergo quaeritur, quomodo Corpus Christi sit in cœna? respondent, adesse quidem verum corpus, sed tale tamen, quod jam sit divina essentia, & simpliciter Deus, non caro humane nature consubstantialis. Ita Schwenckfeldius, in multis libris.

VIII. Genuit Iscarotistas, qui negant, à Juda Iscarote verum Corpus Domini acceptum in cœna. Ita Schwenckfeldius in libro hac de re: & Calvinus in ultima admonitione contra Vvestphalum, & alibi.

IX. Genuit Neutrales Sacramentarios, docentes, neque unam speciem, neque utramque necessariam esse, sed solum fidem sufficere. Item, si Concilium statueret, sub utraque specie communicandum esse, tum contra, aut sub una specie, debere Laicos communicare, ut etiam utramque rejicere. Ita cum filio suo Carolostadio Lutherus in libro de formula Missæ. Hinc factum, ut nonnulli inter Lutheranos, multorum auctorum spacio, non soleant communicare.

X. Iconoclastas, qui Christi, gloriose Virginis, & sanctorum Imagines è templis eieciunt, & suas & uxorum, amatorie depictas effigies, illarum loco reponunt, more Simonis Magi, & pellicis ejus Selenes, ut Nicæphorus testatur.

Hi porrò genuerunt deinceps filios & filias usque in tertiam & quartam generationem; quod experientia testatur in hodiernum diem.

STEMMA IV.

PRIORIBUS FOECUNDUS.

Quartogenitus Lutheri filius, Philippus Melancthon, mediante secundissima matre, Augustana Confectione, anno Domini 1530. recens nata, genuit propemodum innumerales filios & filias. Nos utroque distinctis eorum Catalogum pertexamus, cum capita nequeamus, Prosapias tamen divertas singulariter distingui emus.

L. B. Theat. vit. Human. Tom. IV.

PROSAPIA I.

CONFESSIONISTÆ RIGIDI ET STOICI.

Hi citra delectum, omnes Lutheri absurditates velut analecæ, & ipsiana sacra defendunt, ita ut nihil tam rancidum, tam olidum, tam sæculentum, tam putridum, tam abominum potuerit proferre, quod illi, pro puro puro, & sacrosancto Evangelio prædicent; & sunt qui sequuntur.

I. Antinomi, qui ad efferunt Evangelium, ut prorsus negent, legem Dei utilem esse: sed & neque post justificationem necessariam: homines Evangelicos non obligari ad bona opera divinæ legis. Sic Lutherus, initio: vide Antinomias ejus disputationes. Sic ex Philippo, Joanne Agricola, ut in Annotationibus ejus in Joannem & alibi liquet.

II. Samofateni; negantes, hanc vocem, & hæc personam divinæ Trinitatis significare. Ita ensisse Matthiam Illyricum, scribit Schola Vitembergensis. Hinc Trinitarii in Polonia, Hungaria, Transylvania, quorum quidam sacrosanctam Trinitatem, Cerberum tricripitem appellant; alii Dei unitatem pernegantes, tres Deos asserunt, ab aliis nominati Tritheidæ.

III. Infernales, negantes esse Infernum; nec Christum descendisse ad Inferos, sed suum cuique sepulchrum, Hebraicè vocari infernum. Quod ergo dicitur ad inferos descendisse, de ipsius sepulchro esse intelligendum. Ita Brennius in magno Catechismo, & pluri olim Breve, Hamburgæ, Lubecæ, & alii in maritimis civitatibus Protestantibus.

IV. Infernales Hæretogeni, affirmantes, Christum non solum ad inferos descendisse, sed æternos quoque inferni cruciatu perpeffum esse. Ita Ratisbona docuit Nicolaus Gallus in Catechismo: & Jacobus Schmidelinus, cum clypeata manica, Boppingensis præco; & præter hoc, Joannes Calvinus in suis Institutionibus.

V. Antidæmoniaci, qui negant esse diabolum, & malos spiritus, nec ullas esse incantationes, aut maleficia, per dæmonem concitata. Ita Georgiani, Davidici, & Andreae Osiander.

VI. Ambrosianici, qui affirmant, bona opera homini ad salutem valde esse perniciosa. Ita Nicolaus Ambrosius, in libello, cui præfixus titulus: Quòd hæc propositio vera sit, bona opera esse perniciosa ad salutem. Flacciani quoque, ut eorum scripta testantur.

VII. Antadiaphoristæ; qui nullas volunt in Ecclesiæ esse cæremônias antiquas; nullam Episcoporum Jurisdictionem. Ita Illyricani, seu Flacciani, in variis libris, contra Vitembergenses Adiaaphoristas.

VIII. Antosiandriani, seu Osiandromatæ, qui negant quidem hominem, ea justitia, qua Deus ipse justus est, essentialiter justum fieri, sed illum imputativè, id est, ut Illyricus interpretatur, non reipsa, sed prope tantum, justum pronunciat. In hac controversia, quatuordecim Lutherane Ecclesiæ scripserunt contra Osiandrum; ita tamen ut qualibet illarum, & novam & aliam auctorem aliam Justitiæ definitionem, alteri prorsus contrariam, subintroducant. Vide Joannem Fucinum, de origine Osiandriæ lris contra Staphylum.

IX. Antischwenckfeldiani, qui omnem fidei Christianæ rationem ponunt in vocali ministerio suorum Concionatorum. Illyricus, in aliquot libris contra Schwenckfeldium.

X. Anticalviniani, qui tamen rectè asserunt realen præsentiam corporis Christi in cœna Domini, falsò tamen negant Transubstantiationem & adorationem, dicitantes, extratum non esse Sacramentum. Ita Joachimus Vvestphalus, in responsione ad Calvinum, & alii.

XI. Manus Impostitorii; qui laicalem impositionem manuum volunt esse Sacramentum, quod nunc quoque variis in locis prædicatur. Vide Illyricum contra Justum Menium.

XII. Bisacramentales, qui tantum duo admittunt Sacramenta. Ita Calvinus & Flacciani, ut testantur eorum scripta.

XIII. Sacetdotales; qui docent, quòd & viris & mulieribus laicisque hominibus liceat in Ecclesiâ verbum Dei prædicare, Sacramenta administrare, solvere, ligare: Omnes etiam homines æqualiter esse Sacetodos; sacros Ordines esse fabulam & commentum humanum. Ita Lutherus de captivitate Babylonica, & Illyricus in Apologia, contra Justum Menium.

A XIV. Invisibiles; qui docent, nullam Ecclesiam esse visibilem; siquidem solus Deus norit, qui sunt ipsius. Ita Lutherus & Melancthon in Apologia Augustanae Confessionis. Ita Illyricani, Scouenckfeldiani, Osiandri, Anabaptistæ, & eorum Afflictae omnes.

XV. Ubiquistæ; qui ut transubstantiationem in Eucharistia mysterio effugiant, & nihilominus præsentiam Christi Corporis contra Calvinistam tueantur, insulsum illum errorem Ubiquitatis corporis Christi in omnibus locis & Creaturis excogitant. Vide librum Concordia.

PROSAPIA II.

CONFESSIONISTÆ MOLLES.

Hi sunt paulo flexibiliores Philosophi & Sacerdotes, qui à Lutheri dogmatibus plurimum recesserunt; & dum ex libro Interim, aliquanto propius ad Catholicos accessisse videri voluerunt, ex uno errore in alium aequè gravem, & perniciosum, priorique contrarium sunt delapsi, alicubi ex Manichæis facti Pelagiani: in hac Prosapia, primas olim tenebant Vvittembergenses, qui dicitur, & præ cæteris (cum omnes Sectarii alioqui sint seditiosi) manifestiores videri, & quoquo modo cum omnibus aliis sectis pacem colere conabatur, non secus atque olim inter Atrianorum diversas factiones, Melitiani. Sunt tamen etiam in diversas sectas partiti, inveniantur namque inter eos.

I. Bibliistæ, qui asseverant: nihil recipiendum, legendumque, aut populo proponendum, in Ecclesia, vel in Scholis Juventuti commendandum, præter solum ac nudum textum Bibliorum; Interpretatione verbi Dei opus non esse, cum omnes finis à Deo divinitus edocti. Ita scribit Melancthon ad Georgium Spalatinum in præfatione ad Canones Apostolorum. Item, nec incumbendum ullis Philosophiæ studiis, cum Paulus veret inanem Philosophiam sectari. Quin potius omnes, juxta Dei mandatum, in sudore vultus sui vescantur pane suo. Quomobrem Luthero in sua Pathmo agente, perfecerunt Carolostadius & Philippus Vvittembergensis studiosis, ut combustis humaniorum literarum libris, sibi uniuersique conveniens aliquod mechanicum opus assumeret. Paruerunt plerique & acceptarunt consilium, Carolostadius in proxima quadam villa Vvittembergensis Agri, Ruricolam egit: Philippus Melancthon vero in pristino piensendi artem meditabatur. Emanavit hoc tantorum Theologorum decretum longè latèque; ita ut Uratislavia & Schuvidnicæ, aliisque permultis in Germania urbibus biennio fuerint ocellis literarii ludi; imò & Scholæ alicubi omnino extinctæ, ne quequam ab istorum Sectatorum discipulis legeretur, præter Scripturæ textum.

II. Adiphotistæ, qui Ecclesiæ & Conciliorum Constitutiones legitimas, imò & omnes ceremonias dicunt res esse omnino indifferentes, quas, sive serves sive violes, aut imutes, nihil pecces. Ita Vvittembergenses, & Lipfenses Theologi in suo Lipsico Interim.

III. Trisacramentales, qui tria tantum Sacramenta recipiunt, Baptisum, Cœnam Domini, Absolutionem. Patebat olim ex veteri ritu & ordine Ecclesiastico Lipsiensi.

IV. Quadrifacramentales, qui recipiunt quatuor Sacramenta, Baptisum, Cœnam Domini, Absolutionem, Sacerdotium. Ita loci communes Philippici; & observabatur olim à plerisque in districtu Lipsensi.

V. Luthero-Calviniani; qui simulant, bellissimè Lutheranos cum Zvinglianis convenire in re sacramentaria, conanturque hominibus persuadere, esse tantum Logomachiam in verbis, nullum prorsus de re ipsa certamen. Vide de cœna Domini librum Jacobi Schmidlini Clyspeati, & Nicolaum Ambsforffium in sua Confessione, qui fraudem istam in Schmidlinio acerrimè reprehendit.

VI. Semiosandriani; qui affirmant contra Osiandrum pro Antosandrinis, in hac vita imputativè haberi hominem justum, & vicissim contra Antosandrinos pro Osiandro, affirmant, in futura vita hominem oportere, eadem iustitia qua Deus essentialiter iustus est, iustum recipi fieri. Ita Tubingeniæ Theologi. Vide Ducis Prussiae librum, de hac Osiandri controversia anno 1552. Vvitbergæ impressum.

VII. Majoristæ; qui negant, ullum hominem, etiam

infantes, iustum fieri posse, aut iniquum salvarum fuisse, absque bonis operibus præcedentibus. Ita Georgius Major in multis adversus Illyricum scriptis.

VIII. Pœnitentiarii; qui septem crassissimos errores immiserunt doctrinæ de penitentia. Sic acculat Vvittembergenses & Lipfenses Theologos Illyricos, in scripto contra Euangelii corruptelas, edito Anno 1559. Jenæ, cujus hic titulus: Bericht. m. fl. Illyrici, von elichen Artickeln.

IX. Novi Pelagiani, qui affirmant, posse hominem se ad recipiendam Dei gratiam ex puris naturæ viribus disponere. Sic Illyricus acculat Melancthonem in eodem scripto, & Ambsforffius in sua Confessione.

X. Syncretizantes, qui student omnibus aliis sectis, ut simulent saltem interea domi pacem, Ita dum veram concordiam inire non queant, ut more Cretensis populi, eò conjunctioribus armis, commones hostes, Papias inquam, aggredi, expugnare, & exterminare possint. Ita docent Melancthon, in libro contra Staphilum, & David Pareus Heidelbergenfis in Irenico, ab Adamo Conzemio S. I. Moguntino Theologo, egregiè cribrato.

PROSAPIA III.

CONFESSIONISTÆ EXTRAVAGANTES.

In hac Prosapia continentur itæ, qui tametsi, ut Principibus Augustanæ Confessionis additis palpm obrudant, Confessionem Augustanam profiteantur, reipsa tamen multò longius à Lutheri placitis & Confessionis Articulis, quam alii Confessionistæ recesserunt; quin imò eam atrociter oppugnant, lacerant, dispant, perdunt. Ex hoc genere numerantur:

I. Schuvenckfeldiani, qui initio unius erant opinionis; sed paulò post in diversissimas sectas scissi in publico apparuerunt, aliud de eisdem dogmatibus sentientes Schuvenckfeldiani Uratislavienses, dum hoc in Schuvenckfeldio probabant, aliud rejiciebant; aliud Schuvidnicenses, qui eos Schuvenckfeldianos, qui Baptisum appellabant, ein Saubade, balneum sulum rejiciebant: aliud Biogonienies, qui suo etiam spiritu metiebantur dogmata Schuvenckfeldii. Sed propria & præcipua Schuvenckfeldii dogmata sunt: humanam Christi naturam esse genituram Spiritus sancti, non Dei Creaturam, quasi medium quiddam inter Creatorem Deum & Creaturam hominem. Sed de ipso testatur ejus libri 2. quòd ea Justitia, Sapientia, ea Charitas, eisque omnibus virtutibus, quibus Deus essentialiter præditus est, quilibet homo sit etiam ex pari dignitate & modo præditus, atque hac ipsa divina natura Deus. Item quòd Energia illa, quæ est in verbo Dei prædicato, sit ipse Dei filius & consors, &c. Ita ille in libro de duplici statu Christi, de veri Evangelii usu & aliis.

II. Osiandriani; qui ajunt, Christum Justificatorem esse humani generis juxta solam ipsius divinam naturam, exclusam humanam. Item hominem Christianum, prorsus eadem iustitia, qua Deus essentialiter iustus est, iustum esse oportere. Multò absurdiora brevitas causa taceatur. Vide Osiandrum in Confessione publica, Regionem in Prussia impressa anno 1550.

III. Stancariani; qui contra Osiandrum affirmant Christum esse solum Justificatorem, secundum humanam naturam, exclusam divinam. Ita Stancarius contra Andream Musculum, Francofurtiæ ad Oderam, professus est & scripsit.

IV. Antiflancariani, qui ut istam opinionem restarent, asserunt, adeò Christum juxta utramque naturam Justificatorem esse, ut non dubitent contendere, divinam in Christo naturam, una cum humana, in cruce mortuum esse. Ita Musculum olim sensisse, edidit ipsius, de sententia Lutheri Scheniasina testatur, & de eadem ipsa sententia Helvetiorum damnatio. Ut recenseatur in scripto Petri Statonii Galli, edito anno 1560. Pinzoviae in Polonia.

V. Novi Pelagiani, qui dicunt, non esse in parvulis peccatum Originale, sed esse morbum quandam, non morte damnum. Ita Zvinglius in libello de Baptismo contra Urbanum Regium. Item quòd Numæ, Carci, Scipio, & similes præstantes Ethnici viri, quamvis caruissent vera fide venturi Christi, salvi tamen facti sint, virtute legis Naturæ. Item Zvinglius, itidem & Lutherus Zvinglianis hoc exprobrant, in ultima sua Confessione.

VI. No-

A VI. Novi Manichæi, sunt & fuerunt varii Authores, hoc sæculo nostro. Primus Lutherus & Melancthon, docentes quòd omnia tam mala, quam bona, eveniant ex absoluta necessitate; adeoque quòd Deus non sit solum causa peccati permittente, sed etiam effectivè. Lutherus in Alteri. & resol. Melancthon in Amodat. in Epist. ad Rom. Et hic quidem in ultima editione locorum communium, hoc Paradoxum omisit: Lutherus constans mansit. Item quòd Adulterium Davidis, Prodigium Judæ, Servitiæ Mani, aequè sint Dei opus, atque Conversio Pauli. Lutherus & Melancthon ibidem; omnes rigidi Lutherani, stemmatis primi; & præcipuè Illyricus, Ambsforffius, Gallus, heroes Evangelici pluraquam illustres.

PROSAPIA IV.

CONFESSIONISTÆ REFORMATI, PURIORES Augustanæ Confessionis.

Ex hac Prosapia sunt omnes Zvingliani, & Calvinistæ, & quotquot sparsim in tota Germania, Heideberge in Palatinatu, Maggrippi in Hassia, Francofurti ad Oderam, & in Marchionatu Brandeburgico, in Belgio, in Hollandia, Zelandia, Vvestfrisia, & parum in Inferiori Saxonia, & alibi passim inventiuntur. Horum principii & præcipua capita Joannes Calvinus, & Theodorus Beza, & alii Manichæorum & Marcionitarum ex M. Lutheri femine posteræ & hæredes. Inter alia verò Paradoxa absurdissima, hæc in Deum Blasphemias eructant, docent & prædicant.

1. Deum potissimum creasse genus humanum ad perpetuam damnationem in interitum.
2. Deum creasse Adamum, non modò ut interiret, sed quia illum, ab æterno, ad exitum prædestinasset, ideò illum necessariò peccare oportuisset.
3. Peccata quæ homines faciunt, non modò Deum permittere fieri, sed etiam fieri Deo docente, impellente, effectivè concurrente, urgente, & modis omnibus necessitante.
4. Omnia peccata, quæ fiunt ab hominibus, esse opera Dei simpliciter.
5. Nullum solum, nullam sortationem, nullum adulterium fieri ab homine, quòd Deus non efficiat in homine.
6. Legem Dei, & voluntatem Dei sæpissimè inter se contraria esse.
7. Diabolum volente, jubente, impellente Deo, sæpissimè mentiri in hominibus.
8. Deum non solum causam esse omnis mali, sed & hominibus, ut mala operentur, malas cogitationes inspirare; adeò quidem ut Deus magis peccet, quam homines. Vide Calvinii instr. & lib. de Prædest. Et defensionem Beze pro Calvino. Utrumque contra Joachimum Vvestphalum, & alia eorum scripta. Plures ejusmodi blasphemias ex utroque collectas lege in Ollari Caleo Augustanæ Confessionis.

PROSAPIA V.

CONFESSIONISTÆ PURIORES REFORMATI in Anglia.

Reperitur & alla Extravagantium Confessionistarum Prosapia, in Anglia & Scotia in varias lineatim familias partita. Præcipuè, ut plurimas omittam alias, hæc numerantur, hoc ævo, in quo nos in vivis degimus.

I. Puritani, qui una cum Genevensibus, Bernensibus, Hugonotis, in verba Calvinii jurant, & ejus dogmata qualicumque pro fidei norma & regula mortuus tuentur.

II. Calviniani Prorethentes, qui Regem & Principes suos pro capitibus Ecclesiæ agnoscunt, & in rebus fidei decernendis, eis ad nutum parendum esse affirmant, sive ita doceant Calvinus & Beza, sive non.

III. Statistæ, qui inter alia defendunt, Statum ministrorum verbi, non subsicere Regum & Principum potestati, in rebus fidei explicandis & determinandis, sed esse ab illo statu longè divertium; in reliquis potius Vortiani, quam Calviniani esse dignoscuntur.

IV. Formalistæ, inter alia valde absona documenta, comminiscuntur, potestatem Ecclesiasticam formaliter inventi in Ministerio verbi, suo autem modo (potestativè autem & actualiter quoad exercitium) Regibus, Principibus, & Dynastis Regnorumque, & Principatum, sine contradictione, dimittendam.

V. Anglo-Papistæ, qui Archiepiscoporum, Episcoporum, Decanorum, Canonicorum, Abbatum, aliorum Prælatorum gradus observant, obinent, repræsentant, in superpellicis L. B. Theat. Vite Human. Tom. IV.

suis templa frequentantes, in alios autem, plerumque Calvinistæ non adherentes.

VI. Brunistæ, qui inter alia docent, nullum omnino templum, aut altare, Papistico ritu consecratum, tolerandum; sed omnia, cum crucibus, imaginibus direnda, ne fideles ex Idololatria Papistarum participet. 2. Omnes promiscuè homines, etiam ad id non assumptos, posse prædicare verbum Dei, cœnam ministrare, & Ecclesiasticas functiones obire, nec feminis quidem exclusis.

VII. Alii itidem Arminianorum, alii Piscatorianorum sectis, de quibus inferius, favent, alios omnes & singulas, velut hæreticas, rejicientes & anathematizantes. Hic est Spiritus Concordiæ, qui in Anglia, & Scotia gubernat Calvinistæ, semen Martini Lutheri.

PROSAPIA VI.

CONFESSIONISTÆ HOLLANDI.

Sub pallio & tectura Augustanæ Confessionis, purioris & reformatæ, hoc nostro sæculo, Calviniana hæresis in factas propemodum innumeras abijt, quibus singulis proprium caput, & suus furor. Inter eas continuo pugnantur: quotidie sunt novæ rixæ, jurgia, clamores: agitur clam, palam, lingua, stylo, cominus, eminus, punctim, casum, turmatim, sigillatim. In eadem civitate, domo, discordes concurrunt, sine intermissione, nulla induciarum, multò minis pacis pæ, vel mentione, inter se hostiliter debacchantur, Cadmæi fratres in mutuas acies, & mutua deserviant viscera. Singularum factionum vis nomina?

I. Mennonistæ, à Mennone, qui deleta Monasterii Vvestphalæ, Sutorum Sartorumque Hollandorum Anabaptistarum colluviæ, eorum reliquias collegit, & in Frisia atque Hollandia disseminavit; ubi nunc propemodum in triginta diversas iterum sectas sunt distracti, licet omnes Mennonem ut caput agnoscant.

Longè verissimum est, quòd Augustinus epist. 1167. de Donatistis ad Festum scribit: Si pertinacia, inquit, insuperabiles vires habere conatur; quantas debet habere constantia, quæ in eo bono quòd perseveranter atque insatigabiliter agit, & Deo placere se novit, & procul dubio non potest hominibus prudentibus displicere?

Cujus pertinacia constantiaque vim & energiam circa Epistolæ finem hæc perstringit: Et tamen, ait, cum tam perpiscua veritas aures & corda hominum feriat, tanta quoddam male consuetudinis vorago submergit, ut omnibus auctoritatibus rationibusque resistere quàm consentire malint. Resistunt autem duobus modis; aut sciendo, aut pigrescendo. Quid igitur hic faciat Ecclesiæ medicina saltem omnium materna charitate conquirens, tanquam inter phreneticos & lethargicos æstuans? Nunquid contentemur, nunquid desistere vel debet vel potest? Utrique sic necesse est molesta, quæ neutræ est inimica. Nam & phreneticus nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari. Sed perseverat diligentia charitatis, phreneticum castigare, lethargicum stimulare, ambos amare. Ambo offenduntur, sed ambo diliguntur; ambo molestari quoadu agit sunt, indignantur: sed ambo sanati granantur. Hæc ut scitè, ita verè D. Augustinus.

Idem qui Donatistis fuit olim genius, est jam nostrorum temporum Hæreticus. Eadem pertinacia quæ in Donatistis viguit, de qua tantus Doctor queritur, vivit vigetque in nostra Hæresis hereseon monstris. Eadem phrenesis, imò in plerisque longè major, fuerit, eadem lethargica ægrecit torpedo. Ut de me solum dicam, experimentum utriusque mali capio in dies. Hæretica salitas & fabulosis, & doctissimis quibusque Theologis, in primis ab Illustrissimo Cardine Bellarmino pridem totique refuta, & repulsa, victa & revida; tamen cynomyia more redit; regegit vetera, nova comminiscens illis commifcet. Quid multa? Mavult omnibus auctoritatibus rationibusque resistere, quàm consentire.

Quales sint sectarii Lutherani & Calvinii, & qua mente ac fronte ad sacrum literarum tractationem ac citationem accedant, pulchrè profecò & ingeniosè demonstrat Calvinus præfatione in Psychopannychian, cui fidem habendam esse monemur, trito & vulgari illic dicto: Unicusque in sua arte credendum est. Nos inquit, nefcio qua desidia vel potius contemptu verbum Dei recipimus, ut cum tres syllabas didicerimus, statim opinione sapientiæ turgemus, & tantum non crepemus, nobis divites ac reges. Hinc tam multos vides, qui in omnium seculorum ignorantiam tragicè vociferantur, non minus

C 3 ipsi